
Theologiae christianae

Pars altera.

*De Jesu Christi negotio et beneficiis
ac illorum consequendorum
ratione et ordine.*

I.

Providentiae divinae insigne beneficium agnoscimus in divino salutis hominum instaurandae ac procurandae negotio, quod Jesus Christus exequutus est, quem etiam nos tanquam universae salutis nostrae auctorem veneramus. Hujus igitur negotii, et meritorum ac beneficiorum Jesu Christi, et rationis ac ordinis definiti, in quem adducendi sint ii, qui beneficiis istis frui velint, pia et accurata consideratione absolvitur altera pars Theologiae Christianae, Jo. XVII, 3.